

28. & status; tum infantes applicandā, qui vel ab utroq; Christiano parente. *Act. II. v. 39.* vel ab uno, *I. Cor. VII. v. 14.* vel ab utroq; ut Ethnico & Judæo, nunc autem converso nati. *Act. XVI. v. 15. 33.* vel per legitima media à Christianis adoptati sunt. *Gen. XVII. v. 12. Act. II. v. 39.* Siquidem hoc universalitas verborum, finis baptismi ipsis infantibus competens. *Matth. XIX. 14.* & ipsorum qualitas *v. 6.* requirit. Contra Anabapt: *Memnon: in lib. fundamentum dicto, vid. Luth. epist. T. IV. Jenensi German. Photin. Moschor. in Catech. p. 196. & de baptism. Smal. disp. 8. & 10. contra Frantz. Catech. Racov. c. IV. Calvin. Cingl in lib. de baptism. Bezampag. 2. q. 120. Bucan. loc. 47 p. 635. Colloq. Mompelg. p. 491.*

XIII. Propriè autem dictam aquam ex § XI. simplicem, mundanā, absq; singulari exorcitione, non alium quendam liquorem ut essentielle & materiam terrenam sempear adhibendam esse ex his verbis Christi & *v. 23. Matth. III. v. 6. & 11.* & tota Apostolorum praxi. *Act. VIII. v. 36. Act. X. v. 47.* asserimus. Contra Pontif. *Richard. 4. sent. dist. 3. art. 3. q. 3. Tolet. l. 2. de Casib. Conscient. c. XVIII. Gregor. de Valent. T. IV. disp. 4. q. 1. 4. Calvin: Bezam epist. II. ad Titium vol. 3. Photin: Moschor. in refut. append. Smigl. p. 39. 40. & refut. Smiglec. de baptis c. VIII. p. 135.*

XIV. Solam aquam in baptismo non adesse, evincit subsequens vocabulum Spiritus, per quem non aërem, ut *Erasm. in h. l. vult,* sed Spiritum S. intelligimus. *Job. 1, 13.* ut ex *v. 6.* distinctio inter Spiritum regenerantem & ipsas novas qualitates, nos docet: Unde etiam nostrum non facimus, quod *Maldon.* ex nonnullis patribus adductum approbat, propter duas hominis essentielles partes animam & corpus, duas regenerationis causas dari aquam & Spiritum.

XV. Nonnulli nostratium Spiritum S. baptismi rem caelestem alij aliter statuunt. *Vid. T. II. disp. Gießens. disp. 14. Stegman. in photin. disp. 46.* quæ sententiæ dextrè intellectæ facillimè inter se conveniunt. Nos dicimus non excluso Patre & Filio, sed servato ordine. *II Cor. I. v. 21.* Spiritum S. ut causam principalem baptismi hic poni, non tantum ratione essentiæ ut reliquæ personæ, sed etiam quoad oblationem salutaris efficaciam, & beneficiorum Christi, & fœderis inter Deum & hominem iniri oblationem. *II. Cor. I. v. 22. Eph. 1. 14.* Quod cum sit opus divinum non minoris potentiam quam creatio. *Job. 1, 13. Hebr. X v. 29.* Spiritum S. verum DEUM affirmamus. *Act. V. v. 3. 4.* Contra Photin: *Ostorod. cont. Tridel. c. XII. Catech. Racov. c. 1. Socin. in tractat. de DEO & CHRISTO.*

XVI.